



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 4. De Lucaniâ & Lucanis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Calabriâ collocatur; strictius autem è regione quæ desinit in Iapygium Promontorium; sic Tacitus an. 3. ait Corcyram insulam opponi Calabriæ.

Quomodo autem Messapiæ nomen cum Iapygiâ apud Strabonem confundatur, ut & cum Peuceriâ apud Plinium suprà signifi-  
cavimus Porro in hac Peninsulâ duo populi reperiuntur Calabri,  
& Salentini.

CALABRI ex aduerso Sallentinorum oram Borealem huius Pe-  
ninsulæ incoluerunt, vbi Brundusium.

SALLENTINI vero siue Salentini oram Australem vbi Tarentum : tamen apud Poëtas, & maximè apud Maronem ad Luca-  
nos usque & Brutios videntur extendi: sic enim Virg. 3. Æneidos.

*Hic & Naricij posuerunt mania Locri,  
Et Salentinos obsedit milite campos  
Lydius Idomeneus.*

Sigonius in Tabulis Capitolinis contendit scribi per duplex II Sal-  
lentinos, Goltzius negat ex inscriptionibus.

N V M. 3. De Lucaniâ, & Lucanis.

NOMEN. Λευκαρία Græcis appellatur: à Latinis Lucania: unde autem hoc nomen, satius est fateri nescire quam cum sciolis vati-  
cinari: ab iis populis, Lucanica sarcininis genus ex porcinis car-  
nibus dicta sunt, item & elephantes Boues Lucæ quod primùm in  
hac regione visi essent sub Pyrrho Rege, licet id improbet Varro,  
& à luce clypearum Regiorum dictos velit, 6. de lingua Latina.

ORIGO. Ortis sunt Lucani à Samnitibus, vt afferunt Plin. lib. 3.  
cap. 5. & Strabo lib. 5. eò autem deducti sunt à Samnitibus cum  
Oenotros expulsi sunt, vbi diu cum Græcis depugnarunt. Tem-  
pore autem Strabonis adeò attriti erant, vt eorum ciuitates ægrè  
distinguenterunt, quod multæ earum ciuitatum per se corpus non  
efficerent, & consuetudines sermonis, armaturæ, vestium, aliæ-  
que id genus obsoleciissent, singula oppida seorsim essent igno-  
bilia.

FINES. A Septentrione Silari Fl. Vafento à Picentinis, ab Apu-  
lis Brandano Fl. Brandano dirimuntur: à Meridie à Brutiis Laô  
Fl. Laino, & Sibari Fl. Cochile; ab Oriente Sinu Tarentino parte  
Siculi Maris; ab Occidente Mari Etrusco, seu Infero verbera-  
bantur.

N V M.

